

*26. Instrumentum venditionis di
Francesca del fu Guglielmo de Mansella
in favore della sorella Mengarda*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*26. Instrumentum venditionis di
Francesca del fu Guglielmo de Mansella
in favore della sorella Mengarda*

1311-11-08

(c. 344r) Anno dominice incarnationis millesimo trecentesimo undecimo, regnante domino nostro Roberto Dei gratia gloriosissimo Hierusalem et Sicilie rege ducatus Apulie et principatus Capue, Provincie et Forcalquerii ac Pedimontis comite, regnorum eius anno tertio, die ottavo novembris, decime inditionis, apud Potentiam.

In presentia Iacobi de domino Guillemo de David olim in anno proximo preterite none inditionis regii civitatis Potentie iudicis, in defettu aliorum iudicum nondum in eadem civitate pro predicto presenti anno decime inditionis per curiam creatorum, Vernardi de Connistabulo publici eiusdem civitatis notarii et testium subscriptorum litteratorum ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum, Francisca mulier, filia condam Guillelmi de Mansella, habitatrix Abriole, cum autoritate et consensu Francisci filii et legitimi mundualdi sui, de ditta terra Abriole, consentiens in predittos iudicem et notarium tamquam in suos cum sciret ex certa scientia ipsos suos iudicem competentem et notarium non esse, cum autoritate qua supra vendidit et tradidit Mongarde sorori sue, filie condam ditti Guillelmi de Mansellade eadem terra Potentie, medietatem omnium terrarum que remanserunt eisdem Francisce et Mongarde sororibus ex successione patris, sitarum in tenimento ditte terre Potentie, in contrata Santi Ianuarii et Mundanellorum, hiis finibus circumdatas <sic>: ab una parte est Vallonus Aque Frigide usque ad aream Ioannis de Aviliano, a secunda parte est demanium ditte terre Potentie, // (c. 344v) quod dicitur Planum de Poneto usque ad viam publicam P(er)itrini, a tertio latere tenent ecclesia Santi Michaelis et diaconus Matheus

de Connestabulo, a quarto latere tenent presbiter Iacobus de Elza et Guillemus Gacilla et si qui alii sunt confines. Hanc autem medietatem dittarum terrarum prescriptis finibus circumdatam per designata latera quatuor, una cum omnibus accessionibus et ingressionibus suis, ditte Mongarde vendidit et tradidit, ut dittum est; pro qua medietate dittarum terrarum ditte Francisca confexa est se recepisse et habuisse ab eadem Mongarda sorore sua presente, nomine pretii, uncias auri duas ponderis generalis, totum silicet pretium venditionis ipsius, renuntians ditte Francisca eidem sorori sue exceptioni non numerate pecunie, non ponderati et electi auri et omni alio iuris <sic> et legum auxilio. Quapropter cum authoritate qua supra dedit et tradidit tam ditte Mongarde quam suis heredibus net successoribus suis liberam et omnimodam potestatem tenendi, possidendi, vendendi, donandi, permutandi nec non et quocumque modo voluerint alienandi dittam medietatem dittarump terrarum. Insuper, cum authoritate qua supra, repromisit ei et heredibus suis eam defendere et guarentire contra omnes homines qui eam vel heredes suos de ditte medietate terrarum ipsarum molestare vel inquietare temtaverintq more // (c. 345r) iudiciorum. Et si ditte Francisca vel heredes sui vel aliquis per eam vel per suos heredes contra predittam Mongardam vel suos heredes de ditte medietate terrarum ipsarum aliquo tempore venerint vel eam sibi deinceps calumniati fuerint seu per quodlibet ingenium eam ab eis repetere vel subtrahere quesierint aut eam eis defendere et guarentire ab omnibus hominibus, ut supra dittum est, noluerint more iudiciorum, debeant componere augustales auri viginti nomine pene, medietatem ditte Mongarde vel heredibus suis et

reliquam medietatem regali curie, ditta Mongarda pro se et suis heredibus, me predicto notario publico pro parte curie penam ipsam legitime stipulantibus, venditione predicta rata nihilominus perpetuo permanente. Preterea, cum authoritate qua supra, gaudiam sibi dedit et fideiubsozem de evitione et posuit pro ditta medietate predittarum terrarum predictum Franciscum filium suum, presentem et sponte fideiubentem; et ad maiorem cautelam ditta Francisca sponte ei iuravit ad santa Dei evangelia numquam contra presentem venditionem venire, de iure vel de facto, sed illam semper illibatam custodire.

1

2

3

4

5

6

7

8

Et taliter ego qui supra Bernardus de Connistabulo
puplicus ditte civitatis Potentie notarius hoc

A Bernardi de Comestabulo

A Mengarde (*qui e in seguito Mengarde*)

A Ponete

A Picerni

A Eldeza

A Gactilla

A guadium

A ei

instrumentum venditionis ad <rogatum et> requisitionem
dittorum contrahentium scripsi quia predittis interfui
et meo signo signavi. † Ego Iacobus de domino
Guillemo de David olim in anno <proxime> preterite none
inditionis regius iudex Potentie qui supra † Ego presbiter
Guillelmus archipresbiter Sante Trinitatis interfui †
Ego presbiter Ioannes canonicus Potentinus interfui †
Ego Iacobus Strambus testis interfui <† Ego presbiter
Demetrius ecclesie Sancte Trinitatis interfui>